

Nos Carolus Domini Regis Bohemiae primogenitus, Mar-
 chio Moraviae, cupientes conditionem nostrae Camerae sa-
 cere meliorem, de fidei quoque et legalitatis industria no-
 strorum fidelium dilectionem Iudicis et Juratorum Sola-
 viensium plurimam praesumentes, ipsis seriose committimus
 et committimus per presentes, ut ipsi universos et singulos
 Iudaeos de quibuscunque civitatibus, Oppidis et Locis, ad
 Civitatem Solaviensem accedere et venire volentes, eis attra-
 hant ac aggregent pro residentia per eorundem Iudaeos et
 eorundem familias ibidem in Solavia facienda, promittentes
 eisdem civibus Solaviensibus bona nostra fide firmiter et
 sincere, quod universa et singula praemissa, quae cives praedicti
 praefatis Iudaeis ad residendum in Solaviam venire
 volentibus facere decreverint seu fecerint rata et grata
 tenere volumus, ac ea per omnia firma et inviolabilia
 observare, Si vero ultra praemissa et ordinationem praedictam
 nostrorum civium eadem saepe dictis Iudaeis in-
 erdam, Iudaeos ipsos aggravare vellemus, quod absit, Ex-
 tunc liceat saepe dictis nostris civibus saepedictis Iudaeos
 ad regressum ad loca unde venerint, vel alia ubi eis me-
 lius expedire videbitur ad regressum promovere publice vel
 occulte sine omni nostra ingratitude vel offensa, et ut
 supra dicti Iudaei, eo libenter se in civitatem supradictam
 Solaviensem recipiant ad morandum, ipsos a confortio aliorum
 Iudaeorum omnium per Moravian et specialiter Brunnensium
 absolvimus, eximimus et simpliciter libertamus, volentes ipsos
 tam in contributionibus quam alijs negotijs quibuscunque a
 praedictis Iudaeis universis et singulis esse liberos penitus

et. exemptos, harum nostrarum testimonio literarum. Datum Praga
Februa quinta post festum Beati Bartholomaei proxima, Anno Do.
mini millesimo trecentesimo quinquagesimo Quinto.

E.

J